FERDINANDUS VI D G HISPANIAR REX

Sesenta y ocho maravedis.

SELLO TERCERO SESENTA Y OCHO MARAVEDIS, AÑO DE MIL SETECIENTOS Y CINQUENTA Y OCHO.

D.n Fran.co Eduardo Paniagua, del Consejo de S. M. su Secretario, y Oficial Mayor de la Secretaria del Supremo de las Indias, y su Camara p.r lo tocante à la negociacion del Perù

Certifico haver visto un Breve Original, expedido p.r Nuestro muy Santo Padre Benedicto Decimoquarto, del tenor siguiente: Benedictus Papa XIV ad futuram rei memoriam. Nuper pro parte Charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici Nobis expositum fuit, quod in Civitate Limana in Regno Peruano publicum Nosocomium sub invocatione Sancti Petri, in quo pauperes Presbiteri infirmi curantur, sub protectione ejusdem Ferdinandi Regis erectum, constructumque reperitur, cujus cura, regimen, et administratio tum in temporalibus, tum in spiritualibus studio, diligentia, charitate, et pietate dilectorum filiorum Prbrorum secularium Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii in dicta Civitate canonice erectæ commissa, et demandata exercetur. Porro cum nonnullæ perturbationes, et solicitudines inter dictos Pbros seculares, et Venlem Fratrem Archiepiscopum Limanum occasione Sacræ Visitationis, quam ipse Archiepiscopus in dicto Nosocomio non solum quoad ea, quæ ad divinum cultum, verum etiam ad ea quæ ad temporalem administrationem spectant, et pertinent peragere voluit, emergissent, dicti Pbri seculares, qui titulo charitatis curam, regimen, administrationemque ptam semper, et usque ad presens gerere pergunt, postquam rationes accepti, et expensi iis, ad quos legitime spectat, reddiderunt, et augmentum annuorum dicti Nosocomii fructuum constare fecerant, ne inposterum dictis perturbationibus vexarentur, et ut deinceps debitam eidem Archiepiscopo obedientiam, obsequiumque, quod par est, exhibere possint, apud Regium Consilium Indiarum in Oppido Matriti, Toletanæ Diæcis, existens institerunt, ut dimissio curæ, regiminis, et administrationis ejusdem Nosocomii, quam renunciare parati sese obtictebant, admitteretur. Ipse vero Ferdinandus Rex pro eximia sua pietate, et singulari sapientia considerans, quod si dimissio pta admitteretur, id in grave manifestumque Nosocomii hujusmodi cessurum esse prejudicium, et detrimentum, quoniam preter manutentionem eorum Ministrorum qui curam, regimen, et administrationem hujusmodi suscipere, et adimplere, atque infirmis inservire deberent, sumtibus dicti Nosocomii faciendam: opportunum certe salutare et necessarium ministerium hisce in rebus maxime prestandum à personis mercede conductis minime exhiberi, et sperari posset quemadmodum à dictis Pbris secularibus tanta cum alacritate susceptum, tanta cum charitate hactenus prestitum, tantaque cum ipsius Nosocomii utilitate, et incremento exercitum est, ejusmodi dimissionem minime admittendam esse mandavit; Nobis propterea, quo quieti, et tranquilitati Pbrorum secularium ptorum, ac curæ et administrationi dicti Nosocomii, et illius infirmorum optime consultum sit, pro parte ipsius meritissimi Ferd-

CO-M1
CAJ:14
DOC:945
FOL:1
1758

MINISTERIO DE HACIENDA
ARCHIVO HISTORICO

Misc. 0945

0945

nandi Regis supplicatum fuit, ut in premissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Pbros seculares (non solum habita ratione christianorum eorum virtutum, verum etiam piis dicti Ferdinandi Regis votis, ac postulatis ita exigentibus) specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclicis sententiis, censuris, et penis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum pntium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore pntium statuimus, decernimus, ac volumus, et mandamus, ut tam Venlis Frater modernus, quam pro tempore existens Archiepiscopus Liman in posterum occasione peragendi Sacram Visitationem Nosocomii Sancti Petri hujusmodi pro curandis pauperibus Pbris infirmis, ut pfur, erecti, cujus cura, regimen, et administratio Pbris secularibus Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii in Civitate Limana canonice erecte demandata et commissa existit, Ecclesiam, illiusque Altaria, seu Capellas, et Sacrarium dumtaxat, quoad ea, que pertinent ad divinum cultum, et Sacramentorum administrationem visitare libere, et licite possit et valeat. Decernentes easdem pntes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die iij Augusti MDCCLvij. Pontus Nri Anno Decimoseptimo. = Pro Dno Cardli Passioneo: Joannes Florius Substitutus.

Yasimismo certifico, que haviendose remitido este Breve por el Emmo. Sr. Cardenal Portocarrero, Ministro de S. M. en la Corte de Roma, al dho Rl. y Supremo Consejo de las Indias, y visto en él con lo expuesto pr. el Sr. Fiscal: acordó en veinte de Setiembre del año proximo antecedente, se le diese el Passe en la forma ordinaria, y librasse la Rl. Cedula auxiliatoria correspondiente: mediante lo qual, y à fin de que pueda acompañarse con el Duplicado de ella, respecto de ir con el Principal el Breve Original, se ha sacado de él esta Copia. Y para que assi conste donde convenga, lo certifico, y firmo en Madrid à veinte y seis de Enero de mil, setecientos, y cincuenta, y ocho

D. Francisco Eduardo Paniagua